



# JOAN. FREITAGIUS

in Noct. Med.



Commentus etiam est Paracelsus curationem, quam magneticam vocant, cuius, ut fundamentum in occultis rerum delitescere censem potentiis, ita etiam spreta omni methodo rationali cum suis sequaculis & confacialibus eandem pertexit; Rationes pro ea stabilienda adferunt nullas, vel saltem alienas, sed quidni possint eximias & penetrantiores? In confessu est nos ignorare aliam occultarum qualitatum naturam, quam supra recensui. Illi varias sciunt & ponunt harum rationes in spiritibus, praesertim illorum seminum occivorum Pythagoraeis: sed haec nugae superius cribratæ sunt. Suavem recentet magneticæ tractionis causam, quam tamen ex Paracelso emendicavit Quercetanus: Talis verò est: Magnes includit & comprehendit spiritus ferri, quorum cum non sit proprium & peculiare corpus, non potest fieri, quin ad proximato proprio corpore, id totis viribus, attrahant. Bella ratio: Unde hoc habes? Vel à quo accepit Paracelsus spiritum ferri in alieno magnetis hospitio, diversari: mirum videri potest, quod cum tam violenter attrahat, non etiam in attractum suum domicilium naturale proprium migret, cum omnia naturalia naturaliter & vi insita ad locum suum ferantur. Neque etiam spiritus magnetici retinebunt peregrinos, neque ferrei repudiabunt germanos & congeneres. Et si spiritus ferrei in magnete trahunt ferrum, tum ferrum trahet ferrum, vel si aliter vis, essentia ferri trahit essentiam ferri. Et si magnes non traheret ferrum sua natura & per se, sed quatenus tales haberet incolas peregrinos, & idem traheret se ipsum. Sed si spiritus ferri sunt in magnete, quod nec dum probatum est à Paracelso, an idcirco attrahent ferrum, quod sint in loco alieno? Si appetunt domicilium proprium, eò potius emigrabunt, quam attrahent, aut si attraxerunt, eundem occupabunt. Res naturales non attrahunt, sed feruntur ad suum locum: Et cur attraherent, si non potirentur? Et si potiuntur attracto ferro, ut se illi tanquam naturali suo insinuent, magnes quivis semel dundaxat ad se trahet ferrum, in posterum hac virtute privatus. Et si spiritus ferreus inest magneti, quid vetat eum non tam posse ingredi quam ad se rapere paternas ædes, cum ideo

'Hhh

'trahat

*Ratio tractionis ferri in magnete à Paracelso & Quercetano allata.*

*ratio in ma-*

*gnete à Pa-*

*rcelso &*

*Querceta-*

*no allata.*